

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Meritum x  
cum fonte primo

Differri non debent merita fidelium  
ut ad studia bonorum actuum prouocentur uota cunctorum.  
Demus igitur que sunt iusta laboribus  
ut prouectu priorum inuitemus corda sequencium.

Ibidem (Cassiodorus libro III.).

Differri non patimur merita fidelium,  
ut ad studia bonorum actuum prouocemus uota cunctorum.  
Demus igitur quae sunt iusta laboribus,  
ut prouectu priorum inuitemus corda sequentium.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 11.21 (CCSL 96,  
A.J. Fridh ed., p.447, ll.2-5).